Orbiculares

demum Cochleæ marinæ ſunt,
quæ neque baſin, neque turbinem multum elongatum habent,
et conſequenter etiam ſupra, ac infra
quaſi planæ, et depreſſæ exiſtunt,
inter has dantur quoque quamplurimæ,
tam terreſtres, quàm marinæ.
quæ omnes quoque vel ſimplices, vel umbilicatæ ſunt.
ad quas tandem pertinere videntur
Cochlea Oleariorum et Aures marinæ
Der Ohl-Schnäck, und die Meer-Ohren.
cum Cochleâ Sarmaticâ
licet fabuloſâ.
Huic Parti tandem finem imponent
diverſâ Cochlearum marinarum

Opercula

quæ vel ſunt ſubrotunda, uti:
Umbilici marini, ſeu fabæ marinæ dicta
Die Meer-Bonen.
Lapides Chelidonii,
Schwalben-Stein.
cum aliis operculis
ad Turbinem ore ſubrotundo, Purpuram, Aures Gigantum &c.
ut Umbilicus marinus magnus Wormii
pertinentibus:
vel ſunt oblonga, uti:
Ungues marini diverſi
Unterſchiedliche Klauen-förmige Meer-Schnäcken-Deckelein.
v.g. Ungula aromatica Dioſcoridis,
Opercula Conchylii, et Buccini Rond.
Unguis odoratus Rumph.
cum variis Onychibus hinc inde adductis;
inter quas Onyx maior ſive Taurica,
et Onyx minima moſchata,
cum Conchulâ Indicâ
in Pharmacopoliis Blatta Byzantia nuncupata
non infimum locum obtinent.

Beatus Franciſcus Maria Langius Phil. et Med. Doct. ſcripſit, ac delineavit 28. Julii. 1738.